Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hieronymus, Sammelhandschrift - Cod. Aug. perg. 197

Hieronymus, Sophronius Eusebius

[S.l.], [9. Jh.]

Hieronymus, Epistola LXXXVI

urn:nbn:de:bsz:31-1685

Visual Library

Si enim duri iudicis sententiam. crebra mulieris flexit pe-
titio. Quanto magis paterna uiscera interpellatione se-
dula molliuntur. Quod de canonibus ecclesiasticis mo-
nes gratias agimus. Quem enim diligit dns corripit. Cas-
tigat autem omnem filium quem recipit. Sed tamen scito no-
bis esse nihil antiquius quam xpiani iura seruare. Nec
patrum transferre terminos semperque meminisse roma-
nam fidem apostolico ore laudatam. cuius se esse participem
alexandrina ecclesia gloriatur. Super nefaria heresi quod
multa patientiam geris et putas ecclesiae uisceribus incuban-
tes tua posse corrigi lenitate. multis scis displicet me dum
paucorum penitentiam prestolaris nutriatur. audacia perdi-
torum et factio robustior fiat. AD THEOPHILUM xxxviii.

Beatissimo pape theophilo hieronimus. Nuper a te beatitu-
dinis scripta suscepi. et emendantia ueteris silentium et me
ad solitum officium prouocantia uidelicet per scos fratres pris-
cum et eubolum tuus ad nos sermo cessauerit. Tamen quia
uidemus illos zelo fidei concitatos raptim palestinae lustra-
re regionis et dispersos regulos usque ad suas latebras per-
secutos breuiter scribimus quod totus orbis exultet et
in tuis uictoriis glorietur. Et utique alexandrinę uexillum
crucis aduersum heresim trophea surgentia gaudens
populorum turba prospectet macte uirtute macte
zelo fidei ostendisti. quo usque taciturnitas dispensatio
fuerit non consensus libere enim reuerentiae loquor.
Dolebamus te nimium esse patientem. et ignorabamus ma-
gistri gubernaculo gestiebamus in interitum perditorum.

sed tu ideo diu exaltasti manum & suspendisti plagam ut ferires fortius super susceptionem cuiusdam non debes contra huius orbis dolore pontificem quia nihil tuis litteris praecipisti & temerarium fuit de eo quod nesciebat ferre sententiam. Tam reor illum nec audere nec uellere in aliquo ledere.

XXXVIIII

EPISTOLA AD EUSTOCHIUM.

Parua specie sed caritate magna sunt munera accipisse a uirgine armillas epistolas & columbas & quoniam dei sacrificiis non offertur nimia dulcedo. Arte mutata est & quidam ut ita dicam piperis austeritate condita. Apud dnm nihil uoluptuosum nihil tantum suaue placet. Nihil quod non in se habeat & mordacitatis aliquid & ueritatis. Pascha xpi cum amaritudinibus manducatur. Festus est dies & natalis beati petri. festius solito continendus. Ita tamen ut scripturarum cardinem iocularis sermo non fugiat nec a praescripto pallestrę nostre longius euagemur. Armillis in ezechihele ornatur hierusalem. Baruc epistulas accepit ab hieremia. In columbę sps scs ad labitur. Itaque ut te aliquid piperis mordeat. & pristini libelli etiam nunc recorderis. Caue ne cooperis ornamenta dimittas quae uere armillę sunt brachiorum. ne epistolam pectoris tui scindas. quam a baruc tradita nouacula rex prophanus incidit. Ne ad similitudinem effrem audias per oseae facta es insipiens ut columba. Nimium respondebis austere. & quod festo non conueniat die talibus ipsa muneribus prouocasti. Dum dulcibus amara sotiata sunt & a nobis paria recipies laudem amaritudo comitabitur. Uerum ne uidear donum